ræ ætati Clariſſimus Autor ſuam induſtriam fructuoſiſſimam eſſe vult, & celeberrimorum Virorum CHRISTOPHORI CELLARII, & ANDREAE STUBELII premit veſtigia, iisdemqve conatu honeſtiſſimo ſemet adjungit, utpote qvi Latinorum vocabulorum notitiam ſimili, & celebrata paſſim, ratione aperuerunt, verum ipſi reddi qvoqve teſtimonium, qvodqve laboris ejus ardua opera eximiam laudem mereatur, palam debet prædicari. Claud. Lancellotus, qvi Monachus S. Cyrani apud Gallos aliqvandiu fuit, atqve ſub ſeculi ſuperioris finem ſuo functus eſt fato, ut libris aliis in lucem emiſſis famam obtinuit, & ad novam illam Methodum diſcendi Latinam lingvam, qvæ Gallice conſcripta, & aliqvoties evulgata magnis præconiis extollitur, non parum contulit: ita Græcarum, qvas